



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Pati est Hominis Inevitabile Fatum

Neissen, Johann Adolph

Coloniæ Agrippinæ, 1721

S. Joannes Baptista:

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49134](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49134)

si qui porrò (quod uti magis notum, ita minus duximus necessarium) justi crucigeri viderentur educendi : præcurreret imprimis major inter natos mulierum, Joannes Baptista in vinculis ; & è squalido carcere decollatum suum caput in disco proferret. Exhiberetur obliquè Herodes principatu detrusus, in exilium relegatus perpetuum. Ipsa saltatrix, filia Herodiadis, trajiciens congelatum flumen, disruptâ glacie, immergi notaretur corpore toto, solo exserto capite ; quod, ut omnes intelligerent, quâ de causâ tam miserè periret, glaciali acumine recisum à trunco, saltitaret suprâ glaciem. Ipsa denique Herodias, insano cruciatu necari filiamque ad tartara subsequi spectanda præberetur. Procederet Neo-Sponsus D. Josephus, ob benedictum sponsæ suæ fructum, anxiamente perplexus ; taciteq; molestâ impetitus Zelotypiâ : dein ab Herodis furore in Ægyptum fugiens ; denique dolenter quærens amissum Jerosolymis, Jesum. Ebulliret parvulorum Innocentium sanguis circumstreperet saxa

*S. Joannes
Baptista.**D. Josephus.**Martyres*